



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA  
SALAMANCA

# MARTYROLOGIUM

JUXTA RITUM

SACRI ORDINIS PRÆDICATORUM


AUCTORITATE APOSTOLICA

APPROBATUM.

FR. THOMÆ RIPOLL

EJUSDEM ORDINIS GENERALIS MAGISTRI

JUSSU EDITUM.



ROMÆ, MDCCXLII.

---

EX TYPOGRAPHIA HIERONYMI MAINARDI,  
SUPERIORUM PERMISSU.



# NOS FR. THOMAS RIPOLL

SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSOR,

*Ac totius Ordinis FF. Prædicatorum humilis  
Magister Generalis, & Servus.*

Universis, ac singulis Ejusdem Ordinis Fratribus,  
ac Sororibus salutem, & Sanctorum  
imitationem.



Officii nostri ratio inter cætera postulat, curam gerere non postremam circa ea, quæ cultum Dei, & Sanctorum, Divinumque Officium concernunt. Hinc est, quòd manum adjecerimus ad novam editionem MARTYROLOGII, vetustissimo Ecclesiæ more in Choro inter Divinum Officium legi solitum. Curavimus, ut elegantioribus characteribus, ac hætenus unquam, adornetur; omnique diligentia, quantum licet, ab erroribus typographicis expurgetur. Adjecta sunt nomina Beatorum Ordinis nostri, quæ à postrema Martyrologii editione publicis Ecclesiæ Tabulis inscripta sunt, ac de quibus celebrare dies festos, officiumque recitare per Universum Ordinem à Summis Pontificibus concessum est.

Quoties igitur ad gloriam Dei, laudemque Sanctorum, quorum in eo memoria recolitur, lege-

# MARTYROLOGIUM

SECUNDUM RITUM

SAC. ORDINIS PRÆDICATORUM

S. P. N. DOMINICI.

Singulis anni diebus. juxta novam Kalendarii  
rationem accommodatum.

## JANUARIUS.

*Kalendis Januarii . Luna .*

A

	a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	
	A	B	C	D	E	F	G	H	M	N	P						
19	20	21	22	23	24	25	26	26	27	28	29	30	1				



CIRCUMCISIO Domini nostri

Die 1.

JESU CHRISTI, & Octava Na-  
tivitatis ejusdem. Festum to-  
tum. Duplex in Romæ sancti  
Almachii martyris, qui, ju-  
bente Alipio Urbis Præfecto,  
cum diceret : Hódie Octava

Domínici diéi sunt, cessáte à superstitionibus  
idolórum, & à sacrificiis pollútis : à gladia-  
tóribus occísus est . bídem viâ Appiâ coró-  
næ sanctórum Militum triginta mártýrum  
sub Diocletiano Imperatóre . Item Romæ  
sanctæ Martínæ vírginis, quæ sub Alexándro  
Imperatóre diversis tormentórum generibus  
cruciáta , tandem gládió martyrii palmam  
adép-



I

I N C I P I T R E G U L A  
B. AUGUSTINI  
E P I S C O P I .



NTE omnia, fratres charissimi, diligatur Deus, deinde proximus: quia ista præcepta sunt principaliter nobis data. Hæc igitur sunt, quæ ut observetis, præcipimus, in Monasterio constituti. Primum propter quod in unum estis congregati, ut unanimes habitetis in domino: & sit vobis anima una, & cor unum in Deo. Et non dicatis aliquid proprium, sed sint vobis omnia communia. Et distribuatur unicuique vestrum à Præposito vestro victus, & tegumentum; non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes: sed potius unicuique, sicut cuique opus fuerit. Sic enim legitis in Actibus Apostolorum; Quia erant illis omnia communia, & distribuebatur unicuique, sicut cuique opus erat. Qui verò aliquid habebant in seculo, quando ingressi fuerint Monasterium, libenter velint illud esse commune. Qui autem non habebant, non ea quærant in Monasterio, quæ nec foris habere potuerunt. Sed tamen eorum infirmitati, quod opus est, tribuatur: etiam si paupertas eorum, quando foris erant, nec ipsa necessaria poterat invenire. Non tamen ideò putent se esse felices, quia invenerunt victum, & tegumentum, quale foris invenire non potuerunt. Nec erigant cervicem, quia sociantur eis, ad quos foris accedere non audebant; sed sursum cor habeant, & terrena vana non quærant: nè incipiant Monasteria divitibus esse utilia, non pauperibus; si divites  
A illic